



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

An hoc ignitium Signorum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

abundant largitus est tantam copiam magister frugalitatis, sed ad gloriam Dei.

Non fuisse amplo & pando officio, ut hauriri ex illis possit, duo conuincunt; Primum quod vasa de se sine operculo immunda erant.

Alterum, quod aqua haurienda à minoribus vasculis, quæ immergenda erat, pollueretur: itaque ἀλλοτρίον est etiam effundere, promere.

Solia fuisse aiant. Quidam suspicantur fuisse vasa in quibus sedentes lauabant, quæ Latini solia appellare solent, quorum sententia si vera est, admodum capacia fuisse necessesse est. Alioqui cum de mensuris non facile conueniant, non potest omnino certa magnitudo cognosci.

Metræ Syriacæ maiores erant, ut Agricola docet lib. 1. de mensuris.

Hic Syricas fuisse credible est, etsi enim Ioannes Græcè loquebatur, tamen Syras non Græcas habebant in Palæstina, & hæc quidem publicè vsurpabantur.

Syrus etiam Metretas vertit; תרין תרין רבעין תרין תרין Theren theren rabechin au chelatha: duo duo quadrantalia aut tria.

Architriclinus arbiter conuiuij. Hydrias aqua repleti voluit, cum ex nihilo creare, vel ex aere vinum facere potuisset, ut ministris, cæterisque constaret, ideo vsque ad summum impleuerunt, & mox hauserunt, & tulerunt Architriclino, ut ille pro officio gustaret ac distribuere, nec dubium est ministros cum præter consuetum officium tantum aquæ haurire iubentur, varios sermones miscuisse, nonnullos etiam risisse; vinum enim deesse sciebant, quasi aquam daturus esset. ideo illos iussit ferre architriclino.

Hoc denique notandum est, cum dicitur aquam vinum factam gustasse architriclinum, non significare iam aquam esse, sed immediatè fuisse, quemadmodum Eucharistia panis dicitur, etsi iam corpus dominicum sit.

Hydrie non erant in vitio. §. 2. Caluinus reprehendit vsum hydriarum: [Porro, inquit, hoc ex superstitione natum erat, ut tot ac tam ampla vasa illic prostarent. Abluendi quidam ritum habebant ex lege Dei: sed (ut mundus semper nimis est in rebus externis) Iudæi præscripta à Deo simplicitate non contenti, continuè aspersioibus ludebant, atque (ut ambitiosa est superstitio) non dubium est, quin hoc etiam pompæ seruiret: quemadmodum hodie in Papatu videmus, quæcumq; ad Dei cultum pertinere dicuntur, ad meram ostentationem esse composita. Duplex ergo vitium erat, quod absq; Dei mandato in fictitia & superuacanea cæremonia temerè se occupabant: deinde quod Religionis prætextu ambitio in illo apparatu regnabat.]

Ritus abluendi. Mira in homine moroso prauitas: Ritus abluendi habebant, opus igitur aqua, non agitur in eare peccabant. At quid opus sex hydriis? quid tanta pompa? ut nimirum in multos vsus sufficeret, in magnis conuiuiis, ad instrumenta mensæ eluenda, ad cætera plurimam aquam infumebant. Cur flex? Quasi verò si binæ essent, aut ternæ, non eadem impudentia possent in numeros inquirere, & superstitioni deputare.

In lotionibus supersticiosos fuisse Phariseos constat, non tamen omnia supersticiosa, quæcumque vulgo adhibebant, iudicanda sunt.

Quod Caluinus imposturam putat eorum qui hydrias obtulerunt inæquales, & minores. Ipse quoque eos punire vellem. Non enim nebulonum, & vagabundorum, reliquias temere venditantium, improbitatem probamus. Alioqui æquales fuisse nemo docuit, imo aliquas duas, aliquas tres metretas habuisse

probabile est. nec Caluini versionem probō, continentes singule metretas binas vel ternas.

§. 3. Triclinia dicebant, quod tribus lectis accumberent, ita vocabant, etiam si essent conclauia, πεντάκλινα vel δεκάκλινα.

Architriclinus conuiuii quasi Oeconomus præerat, ut res sibi à Domino conuiuii traditas dispensaret. Nomen ex aula & magnatum œconomia ad pauperum conuiuiola translatum. Erant in aulis Principum quos vocabant אשחור על בית אשחור aschur chal bath, qui super domum. Erant apud Latinos magistri, reget, modiperatores conuiuiorum, quos omnino diuersos fuisse constat. Gaza lib. de senect. συμποσιαρχω, appellat. Qui etiam οργητης & πτωγοδοτης pragustator, & οργητης erat, ciborum propositor.

§. 2. Bonum καλὸν οἶνον apponε, τὸ ἐλάσσον, minori, tenuiori, Syrus דבבזיר dabbazir, tenue seu paruum vocat.

Inebriatos putant hic vocari, qui largius, intra modum tamen sobrietatis biberunt. Sic Genes. cap. 40. no. 10. vers. vigesimo primo. שבער sebachar, accipitur, vix tamen sic משפיה accipitur, sed de eo qui vini plus sumpsit, siue ratio sopiatur, siue paulum turbetur. Semper enim in vitio ponitur; Architriclinus de eo quod fieri consuevit in nuptiis, non quod rectè sit admonet.

VERSVS II.

Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilee & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius.

QUESTIO I.

An hoc initium signorum?

§. 1. Primum inter omnia fuisse aliqui volunt: alii primum quod in Cana Galilee fecit. Hoc secundo modo Chryostomus, Euthymius interpretantur.

Cæteri primum esse arbitrantur inter omnia. Exploratissimum est, non esse primum omnium quod fecit. Nam quadraginta dies ieiunauit, nec esuruit, quod magnum fuit signum. Deinde puer duodenis sapientiam miraculosam ostendit; & capit. primo. Nathanaelem vidit sub ficu, quod signum tale fuit, ut ille crederet. An alia antecesserint, dubitari potest, hæc præcessisse constat.

§. 2. Probabile est de primo, quod in Cana fecit, Euangelistam loqui; propter eorum, qui ita sentiunt, auctoritatem. Obiciunt nonnulli; causam fuisse nullam, cur de primo miraculo in Cana factio mentionem faceret, præsertim cum de nullo alio loco hoc dicitur, fuisse primum Capernaum, vel alio loco factum. Responderi tamen potest: Causam fuisse spiritui cur hic diceret, alibi omittet. Cana non procul Nazaretho fuit, ibi frequenter versatus est, notos & amicos habuit, nec tamen hactenus vilo signo se Messiam ostendit: hoc ergo primum fuisse Euangelista docet.

§. 3. Probabilius est, Euangelistam non de quouis signo loqui, sed de illis quæ publicè ad manifestandam gloriam suam effecit, hoc enim signum in nuptiis & loco celebri, tanta vini copia post nuptias perdurante magnam famam conciliauit.

Tempus igitur annotare voluit, quo quasi priuatus esse

esse desiderat, & publicè gloriam ostendit. Alii de signo cum rerum aspectabilium imitatione interpretantur.

QVÆSTIO II.

An discipuli soli crediderint, & tum primum?

§. 1. **N**omen discipulorum accipio latissimè, non modo pro Apostolis, aut 72. qui nondum erant separati, sed eo modo quo cæcus loquitur, cum dicit: Nāquid & vos discipuli eius vultis fieri? Horum aliqui iam Ioanne testante in eum credere cæperant, alii iam miraculo vocati erant, alii adhuc hæsitabant, alii Prophetam credebant, an vero Messias esset, dubitabant. Hos credidisse in eum dicit: Quidam aucta fide, alii abiecta dubitatione, plurimi plus deo crediderunt quam initio.

QVÆSTIO III.

Cur descendit Capharnaum cum Matre & propinquis?

§. 1. **A**m se manifestaturus celebritatem loci quaesivit, ubi plurimierant indigenæ, & externi, eo venit autem cum matre & fratribus, ut de familia constaret. Iosephum fuisse mortuum ex his constat, fratres etiam & matrem Capernaumi manere maluit, quam Nazarethi, ob civium improbitatem. Prædicasse autem & signa fecisse dubium non est, idcirco enim venerat. Plurima enim facta silentio prætereunt Evangelistæ.

VERSVS 18.

Responderunt ergo Iudæi & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis quia hoc facis?

QVÆSTIO I.

Cur templo eiecit?

§. 1. **Z**elum domus Dei comedisse CHRISTVM ex Psalm. 68. vers. 10. est. אכחש achalchani, quasi ignis scilicet me deuorauit, amor ergo Patris eo Christum impulit, ut contumeliæ, quæ in templo irrogabatur, se opponeret.

§. 2. Versu 18. Signam quaerunt Iudæi à Christo, Mira inuidia & indignatione, cum reprehendi & castigati suam impietatem & foecordiam suam aduertunt, cum tantum honoris diuini zelum præ se ferrent, & illa tamen quasi parua negligerent, qua tam abominanda Christus pronunciat. Perinde ac si quis nunc etiam in hac temporum colluue clerum moneat, ne de rebus profanis in templo fabulentur, multo minus spaciatur, & ne eam domum, ex qua viuunt, inhonoret.

Christus ad templum suum veniens tanquam verus Deus, illius possessionem cepit, ideo eos qui prætextu diuini cultus illud profanabant, & violenter eiecit. Hoc sane genus hominum contra admonitiones obfuscat, & auaritiæ numen præterendit, flagello non verbo expellendum est, memini olim quibusdam in Ecclesiis, ubi mercatorum con-

uentus agebantur, mercimonia, aliaque tractari solita, à magistratibus sublatos: Vinam in alios, vbi adhuc templum Dei, profanatur, etiam Clericorum ambulationibus, idem zelus Episcopos comodat.

§. 3. **M**iracula iure ac merito à nouis Euangelistis Lutherus ab require nos satis ipsi docent; Extra ordinem ie mis- hereticis fos comminiscantur, suo ingenio & arbitrio veteres exigit mi- leges refigunt, nouas condunt, documentum voca- racula. tionis eorum exposcimus, tot centuriæ sibi pugnantium hæreseon veritatem vendicant, nulli nos credimus nisi uocationem suam miraculis nobis approbent. Id adeo ipsis consentientibus faciemus. Lutherus 7. 2. operum Germ. lenæ edit. fol. 455. b. & 456. a. Senatui Mülhusiano scribit, ut prædicantem clandestinum accersat, atque etiam præsentem omni populo, si fieri potest, & quaratur ex eo, quis eum miserit, aut ad dicendum vocauerit: id procul dubio senatus non fecit. Quod si rum dicat se à Deo, atque ipsius Spiritu missum esse sicut Apostoli, probe hoc signis & miraculis editis. Vel nolite pati ut conuocetur. Nam ubi cumque Deus ordinariam viam mutare vult, ibi semper miracula iacit.

Magno examine hæreticorum multitudo Patrum æuo prorupit, à nullo vocati sunt, à Deo e missos iactant, nos rem incertissimam, vbi inter centum falsos doctores nullus verus est, certè non nisi vnus esse potest, sine miraculis non suscipimus.

§. 4. **C**alvinus hinc suos à miraculis faciendis excusari fas putat: [Sic hodie, ait, Papistæ miracula flagitant, non quod locum daturi sint De i potent- Vagum hæ- tia: (nam illis fixum est homines præferre Deo, reticuum si- nec vnguem vnum ab eo desistere, quod vsu & con- gna facere fuetudine receptum habent) sed ne absque ratione oportet. videantur Deo esse re belles, colorem hunc prætexunt suæ perniciatæ. Ita cæco impetu infidelium animi se- cum tumultuantur, ut Dei manum sibi ostendi cupi- ant, nec tamen diuinam esse velint.]

Atqui nobis in promptu responsio est: Christus antè in Cana, & deinde Ierosolymis multis miraculis fidè sibi conciliat. Zwingliani iam centum annos miranda scelera, nulla miracula ediderunt: ea causa Scripturæ sacræ, & priscis doctoribus, quorum multa sunt miracula, præferre non possumus, credituri si vel vnicum miraculum edant verum. Dei manum ostendant, & diuinam credemus. Hactenus non ostenderunt nisi seditiones, bella, incendia, sacrilegia diuina manu facta videri velint.

VERSVS 19.

Respondit Iesus, & dixit eis: soluite templum hoc & in tribus diebus excitabo illud.

QVÆSTIO I.

Cur Christus ambigua locutione utatur?

§. 1. **S**ignum quaerunt improbi, bono operi, quod Contuma- ipsi neglexerant, CHRISTVS fecit, po- ces ambi- restatem siue auctoritatem deesse calumniabantur. gna respon- Miraculum polcebant, non credituri, etiam si fa- so suspen- dit.

Christus neque tacere voluit, ne videretur legitima auctoritate destitutus, nec tamen sine enigmate calumniantibus respondere. Soluite igitur, inquit, templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.

De